



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

10. S. Franciscus Porgias. S. J.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

biscum est. Ambulemus in devota re-collecione mentis, & præsentia Dei : Et erimus in solitudine cum Deo. Caveamus, ne nos negotiis immisceamus alienis, aut dispositionibus ad nos nihil pertinentibus. Inde summa, & continua animi, & mentis turbatio. Pro incremento Ordinis florentissimi, & Ecclesiæ saluberrimi unam offeramus SSS. Trinitati Sacramentalem Communionem. Oremus pro filiis : Et orabit S. Bruno pro devotis clientibus.

Festum S. Francisci Borgiæ Inclytæ Societatis Jesu Generalis Humiliæ.

EXHORTATIUNCULA I.

**D**ux hic Gandiæ mortuum vidit Isabella Imperatricis cadaver : Jam mundi deserit vanitatem, aulam contemnit, & sanctiorem vitam decernit. Cur tam rara in nobis mortis recordatio, & memoria ? Fili ! & hoc ideo, quia ad Dominum nolumus converti serio. In morte optabimus : sed non dabitur. Væ imparatis ! Justo Dei judicio accidit,

ur,

576 X. Octobris. S. Francisci Borgiae.

ut, qui se parare, cùm posset, noluit  
non possit, cùm velit.

*Instructio meritoria.*

Ut memoriam mortis implantemus  
nobis quotidiana , ad coemeterium  
pergamus, vel in cubiculo nostro quid  
de novissimis pro nostra pietate, & in-  
dustria legamus. Visitatio sepulchro-  
rum, & lectio, aut consideratio mortis  
quàm plurimos jam traxere ad cœlum.  
Ut & nos, oremus *preces* de Agonia  
Domini Jesu pro Feria sextâ recitari soli-  
tas. Agonizari cum Jesu, quanta feli-  
citas!

II.

**I**N negotiis summis sive pro bono Ec-  
clesiæ, sive Societatis inclytæ augen-  
dō jejunia, catenas ferreas, cilicia asperi-  
ma, & cruenta verbera præmisit, quibus  
se, & corpus subigeret Christo. O quæ  
hæc nostra confusio? Grandia negotia  
non requiruntur in nobis ad hoc, ut in  
pietate, precibus, aut functionibus con-  
suetis desistamus: Sufficit una distractio,  
aut levis turbatio. Meticulositas hæc  
est, quæ magna præstabit nunquam.  
Cessa-

Cessare, & desistere ante consummationem, summæ ignaviae est. Cœpisse non attenditur : Consummatione coronatur.

*Instructio meritaria.*

Ut ergo mi fili ! evadamus in strenuos  
vineæ Christi, & Sacræ Religionis no-  
stræ operarios, transeat in honorem S.  
Francisci tota dies hodierna in continuis  
laboribus, & functionibus sacris. A  
precibus incipiamus, & pro augendo ze-  
lo omnium religiosorum oremus Gra-  
duales *Psalmos*. Devota, fervens, &  
charitativa oratio ascendit semper.

III.

**I**N mediis mundi deliciis, gaudiis, &  
tripudiis vitæ genus agebat durissi-  
mum hic Vir sanctissimus. Si esse cum  
sexu nobili altero oportuit, cingulum  
ferreum induit. Hic mos Sanctorum,  
dum inter pericula. Quis noster ? O si  
huic imposterum simillimus ! Fili ! San-  
ctitatem aestimamus ? Amittemus, si oc-  
casionem non citò fugiamus. Ecce ho-  
stem ! Quem fugisse, viciisse est. Eus.  
Emiss.

Bb

In-

*Instructio meritoria.*

Fugere faminas non possumus semper; conversari tamen liberiùs, expedit nunquam. Ne inquinemur à pice, ne & à curiositate, ac falsitate rapiamur hujus infausti sæculi, corpus durius habere incipiamus. Non caufemur molliciem, aut habitus rebelles. Nulla mollicies, vel habitus tam radicatus, quem sacrum sui odium mutare, & enervare ac evellere non potest. Poterit immutare & nos, modò manum applicemus. Ignorat præveniamus labendi pericula, & ne unquam incidamus, per unam hebdomadem quotidie aliquem ex psalmis pœnitentialibus devotè oremus. Non incidet in foveam, cui ubique comes est humilis pœnitentia.

**Soleminitas Seraphicæ Matris  
S. Theresiae ex Mariano Ordine de  
Monte Carmeli.**

**EXHORTATIUNCULA I.**

**O** Charitatem S. Theresiae! Hæretorum, aliorumque peccatorum tenebras perpetuâ deflebat lacrimis,  
atque